Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-66997-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-66997-p0002-1

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

POeta Tragicus *Euripides* ſuam illam, quæ Oreſtes inſcribitur, Tragœdiam, hoc modo, ut *Cicero* quidem IV. Tuſculanarum, priores tres verſus interpretatus eſt, orditur; *Neq; tàm terribilis ulla fandi oratio eſt, neq; ſors, neq; malum ullum invectum, quod non humana natura patiendo ferat.* Hos verſus, cùm recitari in theatro aliquando audiviſſet *Socrates*, juſsit eum, qui recitaverat, aliquantulum reſiſtere; Ipſe verò eosdem recitans, altâ mente de infinitis calamitatibus & miſeriis, quibus humana natura oppreſſa eſt, cogitare cœpit. Sane omnium temporum memoria, Philoſophos etiam excellente ſapientia præditos, dubium hoc, ut ipſis quidem viſum fuit, unde nimirum tot morbi, calamitates & ærumnæ, mors denique ipſa ortum habeat & exiſtat, vehementer exercuit. Neque verò ex hoc extricare ſe potuerunt, quin potiùs apparet, quò diligentiùs hac de re cogitârunt, eò in majorem ipſos dubitationem incidiſſe; tantum abeſt, ut verum aliquid in hoc perſcrutando deprehendere potuerint. Nos autem, qui Dei beneficio ſingulari, in eo cœtu, qui eſt *Eccleſia Chriſti*, verſamur, & ſcimus, unde moles iſta calamitatum, quibus nobiliſsima & præſtantiſsima hominum natura ſubjecta eſt, orta ſit, & præſentiſsimam habemus conſolationem, de miſeriis & ærumnis his aliquando finiendis, & morte hac temporali, quæ ſingulis momentis imminet, cum vitâ & beatitudine ſempiternâ permutandâ. Ideoque cùm triſtes aliqui caſus, qui ſummi ſæpe mœroris cauſa ſunt, eveniunt, aut vi mortis aliqui repentinæ ex hâc vitâ abripiuntur, non frangantur animis pii, ſed reſpicientes ad conſilium Dei æterni, qui omnes capitis noſtri capillos in numerato habet, totos ſeſe divinæ voluntati tradant; id quod fieri etiam debere divinum illud jubet axioma; *Subditus eſto Deo, & oraeum.* Atque hæc præmittere viſum fuit, cùm præter omnem ſpem & opinionem indicendum eſſet funus, Viri prudentiſsimi, Domini CHILIANI Gräffns/ Reipublicæ hujus Lipſienſis Senatoris. Eum natum fuiſſe conſtat hîc *Lipſiæ*, Anno ſupra milleſimum, quingenteſimum, octogeſimo ſecundo, parentibus ſpectatiſsimis: Patre Viro clariſsimo & prudentiſsimo, Domino *Caſparo* Gräffn/ Scabinatus Electoralis, qui hîc Lipſiæ eſt, *Aſſeſſore*, Reipublicæ Lipſienſis *Conſule*, & Ærarii Eccleſiaſtici ad D. *Thom.* præſide graviſsimo: Matre verò Fœminâ honoratiſsimâ, Viri quondam prudentiſsimi, Dn. *Chiliani* Kühleweins/ Senatoris & Ædilis ejusdem Reipublicæ Filiâ. Ab hiſce parentibus effectum fuit diligenter, ut piè denatus, ab ineunte ſtatim ætate, ad ſtudia pietatis, artium & linguarum adhiberetur. Qua de cauſa eum non ſolùm Scholæ Nicolaitanæ, ſed etiam privatis Præceptoribus informandum tradiderunt, inter quos fuerunt præcipuè, Viri Reverendi, *Dominus Melchior* Wiegleben/ jam miniſter Eccleſiæ in *Sattheim*, & Dominus *M. Ludovicus* Rechtenbach/ ſub quorum inſtitutione fideli prima tyrocinia poſuit, & tantùm in artibus & linguis profecit, ut cum magno ſtudiorum ſuorum fructu, maturè ad ſtudium Juris ſe convertere, & in eo quoque induſtriam, tàm publicis, quàm privatis doctoribus, probare potuerit. Et quidem Inſtitutiones Juris, quas ipſe Imperator prima legum cunabula, & totius legitimæ ſcientiæ prima elementa vocat, partim ex privatis Viri quondam eximii, Dn. *M. Nicolai Liſcæ, Profeſſ:* prælectionibus, partim etiam ex publica auſcultatione cognovit, & præceptiones ſingulas, quæ ab Auguſtiſsimo *Imperatore* cupidæ LL. Juventuti proponuntur, poſtea in diverſis Collegiis privatis, puta Virorum ampliſsimorum, *Dn. D. Joſephi Avenarii, Præſulatus Cizenſis Cancellarii &c.* *Et Dn. D. Reinhardi* Rodſens/ *Invictiſsimæ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarii*, & præſtantiſsimæ Reipublicæ *Vratislavienſis Syndici* &c. ad uſum transferre ſtuduit. Anno ſupra milleſimum, ſexenteſimum, octavo, poſt reditum ex *Italia*, quam unà cum aliis, ex parentum ſuorum conſenſu & voluntate, biennio ante, intraverat, ad matrimonium animum adjunxit, acceptâ in uxorem *Virgine* tùm temporis *CATHARINA*, Viri Conſultiſsimi, Domini *M. Johannis Scipionis*, tùm temporis *Protonotarii*, & Reipublicæ Lipſienſis Ædilis, filiâ, qua cum in conjugio vixit honorato ſuavi & fœcundo octennium, Pater factus, Dei benedictione, liberorum ſex, de quibus adhuc duo filii, cum una filia, ſuperſtites ſunt.

Eâ verò piè defunctâ, Anno ſupra milleſimum, ſexenteſimum, decimo ſexto, ſtatim Anno ſequenti, ad ſecunda vota tranſire ſibi propoſuit, initis etiam Sponſalibus, cum virgine tùm temporis *SABINA URSULA*, Viri Ampliſsimi & Conſultiſsimi, Dn. *Valentini Krappii*, J. U. D. & Senioris Scabinatus Electoralis Lipſienſis, quæ tamen propter inſecutam Sponſæ mortem effectum ſuum habere haud potuerunt. Quare id propoſitum ſuum pium & honeſtum redintegravit, anno ſupra milleſimum, ſexenteſimum, decimo octavo, die M. Januarii 26. junctus matrimonio, tùm temporis Virgini honoratiſsimæ *ANNÆ*, Viri quondam Ampliſsimi & Præcellentiſsimi, Domini *Andreæ* Goldbeckens/ J. U. D. & *Scabinatus Electoralis Aſſeſſoris*; poſtea aulæ Electoralis *Conſiliarii* p. m. relictæ filiæ, quam nunc viduam poſt ſe, cum liberis ex hoc & priori conjugio, reliquit mœſtiſsimam, & cum eâ quoq; vixit ſimiliter in ſuaviſsima animorum conjunctione, Pater factus quinque liberorum, quatuor nimirum maſculorum & unius fœmellæ, qui omnes in pueritia prima obierunt, unico adhuc filiolo ſuperſtite. Factum eſt autem, ut durante adhuc primo conjugio, ab Ampliſsimo *Senatu* hujus Urbis in curiam evocatus, & ibidem anno, ſupra milleſimum, ſexenteſimum, duodecimo, à rationibus publicis conficiendis conſtitutus, anno verò ſupra milleſimum ſexenteſimum, decimo ſexto, præfectus publicarum penſionum, & eodem denique anno totius ſuperioris Circuli Saxonici acceptorum inſpector nominatus & electus fuerit. Quibus functionibus omnibus ac ſingulis, eâ quidem fide & induſtriâ præfuit, ut anno ſupra M. DC. XXI. præviâ ordinariâ electione, & ſecutâ confirmatione clementiſsimâ, Illuſtriſsimi *Electoris Saxoniæ*, Domini noſtri gratioſiſsimi, inter Senatores hujus Reipublicæ locum obtinuerit, quàm Spartam tàm fideliter & diligenter quoque ornavit piè defunctus, ut non ſolùm officio ſuo in ſingulis partibus ſatisfecerit, ſed etiam ſingularem prudentiæ & diligentiæ laudem commeruerit, auctus aliis dignitatibus compluribus, inprimis verò inſpectione Xenodochii, ad *D. Johannis*, anno ſupra M. DC. XXIII. & publicarum rationum, anno ſupra M. DC. XXVI. Reliquam vitam ita tranſegit piè defunctus, ut hominem pium, gravem, & honeſtum decet. Nam & verbum Dei omni tempore piè & attentè audivit, & ſecundum præſcriptum illius omnes vitæ ſuæ rationes inſtituit & conformavit, uſus quotannis aliquoties cœnâ Dominicâ, in publicis conventibus Eccleſiaſticis, nemini præterea moleſtus, ſed omnibus gratus & acceptus, cum quibus converſari quotidiè neceſſe habuit. Etſi verò pro ratione ætatis ſuæ diutiùs vivere, & gratam Reipublicæ operam navare potuiſſet, aliter tamen viſum fuit Deo præpotenti & miſericordi, qui certis de cauſis eum ex hac miſeria triſtiſsima tàm celeriter, & opinione ſuorum aliorumque citiùs, evocare voluit. Unde factum, ut non ita pridem catarrhus ſatis moleſtus eum oppreſſerit, ex cujus vehementia hactenus defectionem omnium virium, cum caloribus quibusdam præternaturalibus ſenſit, ſuperveniente præſertim plevritide, ita, ut totus lecto, per paucis abhinc diebus, adhærere cœperit. Verùm quod fieri ſolet plerumque, in ea præſertim ætate, quæ media eſt, ut iſtiusmodi concurrentibus morbis univerſis ac ſingulis, vires totius corporis proſternantur, & debilitentur; ita quoque cum piè denato actum, ut paulò pòſt, deſtructis & deſolatis viribus omnibus, ipſe quoque ultimum vale, quod dici ſolet, Uxori, liberis & toti familiæ honoratiſsimæ dicere coactus fuerit, conſopitus placidiſsimè, inter preces & ſuſpiria ardentiſsima, inque complexu ferè medio ſuorum, accepto priùs viatico illo ſaluberrimo corporis & ſanguinis *Chriſti*, ſeque eo, ad ſalutarem ex hac vita emigrationem præparante, proximo die Lunæ, horam circiter decimam antemeridianam, anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſexto. Anima τȣ̃ μακαρίτȣ eſt ἐν ἐυλογίᾳ, & lætatur eâ ſalute, quam paravit Cornu ſalutis, de quo in heſterno Evangelio vaticinatur *Propheta Zacharias:* Corpus verò exanime hodiè, poſt tertiam veſpertinam, ad commune dormitorium deferetur. Quo tempore, ut præſtò Nobis ſint cives Academici, & frequentes adveniant, nobiscum funus hoc Senatorium proſecuturi, volumus & mandamus. Quod ipſum piè demortui viduæ & hæredibus, & toti familiæ honeſtiſsimæ gratum & acceptum; noſtro verò Ordini maximè honorificum futurum eſt. PP. die XXV. M. Junii Anno M. DC. XXVIII.

LIPSIÆ, Excudebat GREGORIUS Ritzſch *Anno M. DC. XXIIX.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-66997-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-66997-p0004-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-66997-p0005-8

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

POeta Tragicus *Euripides* ſuam illam, quæ Oreſtes inſcribitur, Tragœdiam, hoc modo, ut *Cicero* quidem IV. Tuſculanarum, priores tres verſus interpretatus eſt, orditur; *Neq; tàm terribilis ulla fandi oratio eſt, neq; ſors, neq; malum ullum invectum, quod non humana natura patiendo ferat.* Hos verſus, cùm recitari in theatro aliquando audiſſet *Socrates*, juſsit eum, qui recitaverat, aliquantulum reſiſtere; Ipſe verò eosdem recitans, altâ mente de infinitis calamitatibus & miſeriis, quibus humana natura oppreſſa eſt, cogitare cœpit. Sane omnium temporum memoria, Philoſophos etiam excellente ſapientia præditos, dubium hoc, ut ipſis quidem viſum fuit, unde nimirum tot morbi, calamitates & ærumnæ, mors denique ipſa ortum habeat & exiſtat, vehementer exercuit. Neque verò ex hoc extricare ſe potuerunt, quin potiùs apparet, quò diligentiùs hac de re cogitârunt, eò in majorem ipſos dubitationem incidiſſe; tantum abeſt,

qui eſt *Eccleſia Chriſti*, ... ſingulari, in eo cœtu, ta ſit, & præſentiſsima ... atura ſubjecta eſt, ortis imminet, cum vitâ ... uæ ſingulis momen- aut vi mortis aliqui rep ... cauſa ſunt, eveniunt, ſtri capillos in numera ... ui omnes capitis no- *raeum*. Atque hæc præ ... *Subditus eſto Deo, & o-* Gräffns/ Reipublicæ ... ni, Domini CHILIANI ſecundo, parentibus ſp ... eſimum, octogeſimo eſt, *Aſſeſſore*, Reipublic ... ralis, qui hîc Lipſiæ quondam prudentiſsi ... onoratiſsimâ, Viri ter, ut piè denatus, ab ineunte ſtatim ætate, ad ſtudia pietatis, artium & linguarum adhiberetur. Qua de cauſa eum non ſolùm Scholæ Nicolaitanæ, ſed etiam privatis Præceptoribus informandum tradiderunt, inter quos fuerunt præcipuè, Viri Reverendi, *Dominus Melchior* Wieglben/ jam miniſter Eccleſiæ in *Sattheim*, & Dominus *M. Ludovicus* Rechtenbach/ ſub quorum inſtitutione fideli prima tyrocinia poſuit, & tantùm in artibus & linguis profecit, ut cum magno ſtudiorum ſuorum fructu, maturè ad ſtudium Juris ſe convertere, & in eo quoque induſtriam, tàm publicis, quàm privatis doctoribus, probare potuerit. Et quidem Inſtitutiones Juris, quas ipſe Imperator prima legum cunabula, & totius legitimæ ſcientiæ prima elementa vocat, partim ex privatis Viri quondam eximii, Dn. *M. Nicolai Liſcæ*, *Profeſſ:* prælectionibus, partim etiam ex publica auſcultatione cognovit, & præceptiones ſingulas, quæ ab Auguſtiſsimo *Imperatore* cupidæ LL. Juventuti proponuntur, poſtea in diverſis Collegiis privatis, puta Virorum ampliſsimorum, *Dn. D. Joſephi Avenarii, Præſulatus Cizenſis Cancellarii &c.* *Et Dn. D. Reinhardi* Rodſens/ *Invictiſsimæ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarii*, & præſtantiſsimæ Reipublicæ *Vratislavienſis Syndici* &c. ad uſum transferre ſtuduit. Anno ſupra milleſimum, ſexcenteſimum, octavo, poſt reditum ex *Italia*, quam unà cum aliis, ex parentum ſuorum conſenſu & voluntate, biennio ante, intraverat, ad matrimonium animum adjunxit, acceptâ in uxorem *Virgine* tùm temporis CATHARINA, Viri Conſultiſsimi, Domini *M. Johannis Scipionis*, tùm temporis *Protonotarii*, & Reipublicæ Lipſienſis Ædilis, filiâ, qua cum in conjugio vixit honorato ſuavi & fœcundo octennium, Pater factus, Dei benedictione, liberorum ſex, de quibus adhuc duo filii, cum una filia, ſuperſtites ſunt.

Eâ verò piè defunctâ, Anno ſupra milleſimum, ſexcenteſimum, decimo ſexto, ſtatim Anno ſequenti, ad ſecunda vota tranſire ſibi propoſuit, initis etiam Sponſalibus, cum virgine tùm temporis SABINA URSULA, Viri Ampliſsimi & Conſultiſsimi, Dn. *Valentini Krappii*, J. U. D. & Senioris Scabinatus Electoralis Lipſienſis, quæ tamen propter inſecutam Sponſæ mortem effectum ſuum habere haud potuerunt. Quare id propoſitum ſuum pium & honeſtum redintegravit, anno ſupra milleſimum, ſexcenteſimum, decimo octavo, die M. Januarii 26. junctus matri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-66997-p0006-4